

1. Esistono affezioni proprie dell'anima?

1.1 Testo

1.1.1 Arist. *de An.* A 1 403a3-19

ἀπορίαν δ' ἔχει καὶ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, πότερόν ἐστι πάντα κοινὰ καὶ τοῦ ἔχοντος ἢ ἔστι τι καὶ τῆς ψυχῆς ἴδιον αὐτῆς· τοῦτο γὰρ λαβεῖν μὲν ἀναγκαῖον, οὐ ῥάδιον δέ. φαίνεται δὲ τῶν μὲν πλείστων οὐθὲν ἄνευ τοῦ σώματος πάσχειν οὐδὲ ποιεῖν, οἷον ὀργίζεσθαι, θαρρεῖν, ἐπιθυμεῖν, ὄλως αἰσθάνεσθαι, μάλιστα δ' ἔοικεν ἰδίῳ τὸ νοεῖν.

εἰ μὲν οὖν ἔστι τι τῶν τῆς ψυχῆς ἔργων ἢ παθημάτων ἴδιον, ἐνδέχοιτ' ἂν αὐτὴν χωρίζεσθαι· εἰ δὲ μηθὲν ἔστιν ἴδιον αὐτῆς, οὐκ ἂν εἴη χωριστή

ἔοικε δὲ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς πάθη πάντα εἶναι μετὰ σώματος, θυμός, πραότης, φόβος, ἔλεος, θάρσος, ἔτι χαρὰ καὶ τὸ φιλεῖν τε καὶ μισεῖν· ἅμα γὰρ τούτοις πάσχει τι τὸ σῶμα.

1.1.2 Traduzione latina di Guglielmo di Moerberke

Dubitationem autem habent et passionem animae, utrum sint omnes communes et habentis an sit aliqua et animae propria ipsius.

Hoc enim et accipere quidem necessarium est, non autem facile. Videtur autem plurimorum quidem, nullum sine corpore pati, neque facere, ut irasci, confidere, desiderare, et omnino sentire. Maxime autem videtur proprium ipsum intelligere. [...]

Si quidem igitur est aliquid animae operum aut passionum proprium, continget utique ipsa separari. Si vero nullum est proprium ipsius, non utique erit separabilis [...]

Videntur autem et animae passionem omnes esse cum corpore: ira, mansuetudo, timor, misericordia, confidentia, adhuc gaudium, et amare et odire. Simul enim cum his patitur aliquid corpus

1.2 Commenti

1.2.1 Ibn Rušd, *Commento grande al De anima I 12* (p. 16 Crawford)

Cum numeravit ea quae quaerenda sunt in hac scientia, incepit dicere etiam quiddam perutile et quod animae est multum desideratum; et est utrum omnes actiones et passiones animae non inveniuntur nisi per communicationem corporis, et sunt cum hoc actiones et passiones in rebus existentibus in corpore, aut invenitur in eis aliquod non habens communicationem cum corpore, neque indiget in actione aut passione propria aliquo existente in corpore. Manifestum est enim quod plures earum habent communicationem cum corpore, sed est dubium, sicut dicit, de intelligere.

1.2.2 Tommaso d'Aquino, *Commento al De anima I 2 17* (p. 9a Pirotta)

Dicit ergo primo quod accipere hoc, scilicet utrum passiones et operationes animae sint communes vel propriae, est necessarium et non est leve, sed valde difficile. Et quod sit difficile, ostendit dicens quod causa difficultatis est quia in apparenti videtur quod multae passiones sint communes et non sit pati sine corpore. Sed si aliqua operatio esset propria animae, appareret hoc de operatione intellectus. Intelligere autem, quae est operatio intellectus, maxime videtur proprium esse animae.

2. Definizione fisica e definizione dialettica di un'affezione

2.1 Testo

2.1.1 Arist. *de An.* A 1 403a29-403b9

διαφερόντως δ' ἂν ὀρίσαιντο ὁ φυσικὸς [τε] καὶ ὁ διαλεκτικὸς ἕκαστον αὐτῶν, οἷον ὀργή τί ἐστίν· ὁ μὲν γὰρ ὄρεξιν ἀντι-
λυπήσεως ἢ τι τοιοῦτον, ὁ δὲ ζέσιν τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος
καὶ θερμοῦ. τούτων δὲ ὁ μὲν τὴν ὕλην ἀποδίδωσιν, ὁ δὲ τὸ
εἶδος καὶ τὸν λόγον. ὁ μὲν γὰρ λόγος ὄδε τοῦ πράγματος,
ἀνάγκη δ' εἶναι τοῦτον ἐν ὕλῃ τοιαδί, εἰ ἔσται· ὡσπερ οἰκίας
ὁ μὲν λόγος τοιοῦτος, ὅτι σκέπασμα κωλυτικὸν φθορᾶς ὑπ'
ἀνέμων καὶ ὄμβρων καὶ καυμάτων, ὁ δὲ φήσει λίθους καὶ
πλίνθους καὶ ξύλα, ἕτερος δ' ἐν τούτοις τὸ εἶδος <οὔ> ἔνεκα των-
δί. τίς οὖν ὁ φυσικὸς τούτων; πότερον ὁ περὶ τὴν ὕλην, τὸν δὲ
λόγον ἀγνοῶν, ἢ ὁ περὶ τὸν λόγον μόνον; ἢ μᾶλλον ὁ ἐξ
ἀμφοῖν;

2.1.2 Traduzione latina di Guglielmo di Moerbeke

Differenter autem definit physicus et dialecticus unumquodque ipsorum: ut iram quid est. Hic quidem enim appetitus recontristationis, aut aliquid huiusmodi, ille autem fervorem sanguinis aut calidi circa cor.

Horum autem alius quidem assignat materiam, alius vero speciem et rationem. Ratio quidem enim haec species rei. Necessè est autem hanc esse in materia huiusmodi, si erit sicut domus¹, ratio quidem talis quaedam, quia operimentum prohibens corruptiones a ventis et imbris et caumatibus. Haec autem dicit et lapides et lateres et ligna. Alia vero in his, speciem propter ista.

Quae igitur naturalis harum? Utrum quae circa materiam, rationem autem ignorans, aut quae circa rationem solum, aut magis quae est ex utriusque?

¹ Guglielmo di Moerbeke traduce qui un testo con interpunzione diversa rispetto al greco dell'edizione critica. Si legga invece: «[...] si erit: sicut domus ratio quidem talis quaedam [...]»

2.2 Commenti

2.2.1 Ibn Rušd, *Commento grande al De anima I 16* (pp. 23-4 Crawford)

Cum demonstravit quod in diffinitionibus istarum virtutum debet accipere materiam et formam, incepit dubitare secundum consuetudinem quae est apud naturales et eos qui absolute considerant, scilicet disputatores.

Naturales enim differunt a disputatoribus in modo diffiniendi. Disputatores enim dant diffinitiones secundum formam tantum, dicendo quod ira est appetitus in vindictam; naturales vero secundum materiam, dicendo quod est ebullitio caloris et sanguinis in corde. [...]

Et innuit per hunc sermonem quoniam, sicut necesse est ut intentio existat in materia, secundum quod est hoc, ita necesse est ut sit modus acceptionis eius in diffinitione. Et si non, erit accepta intentio alio modo ab eo secundum quem est.

Qui enim accepit materiam in diffinitione et dimittit formam, diminute accipit; qui autem accipit formam et dimittit materiam, existimatur quod dimittit aliquid non necessarium. Sed non est ita, quoniam forma debet accipi in diffinitionibus secundum dispositiones quibus existit.

2.2.2 Tommaso d'Aquino, *Commento al De anima I 2 24* (p. 11 Pirotta)

Consequenter cum dicit «differenter autem...» insistit circa definitiones. Quia enim ostendit quod, in definitionibus passionum animae, aliquae sunt in quibus ponitur materia et corpus, aliquae vero in quibus non ponitur materia sed forma tantum, ostendit quod huiusmodi definitiones sunt insufficientes.

Et circa hoc investigat differentiam quae invenitur in istis definitionibus. Aliquando enim datur aliqua definitio in qua nihil est ex parte corporis, sicut quod ira est appetitus vindictae; aliquando assignatur aliqua definitio in qua est aliquid ex parte corporis seu materiae, sicut quod ira est accensio sanguinis circa cor. Prima est dialectica. Secunda vero est physica, cum ponatur ibi aliquid ex parte materiae, et ideo pertinet ad naturalem.

Hic enim, scilicet physicus, assignat materiam, cum dicit quod est accensio sanguinis circa cor. Alius vero, scilicet dialecticus, ponit speciem et rationem. Hoc enim, scilicet appetitus vindictae, est ratio irae.

3. L'anima è atto del corpo come il pilota lo è della nave?

3.1 Testo

3.1.1 Arist. de An B 1 413a8-9

Ἐπι δὲ ἄδηλον εἰ οὕτως ἐντελέχεια τοῦ σώματος ἢ ψυχῆ ὡσπερ πλωτὴρ πλοίου.

3.1.2 Traduzione latina di Guglielmo di Moerbeke

Amplius autem immanifestum si sit corporis actus anima sicut nauta navis.

3.2 Commenti

3.2.1 Alessandro di Afrodisia, *De anima* 15.9-17; 20.26-30

ἀλλ' οὐδὲ ὡς ὁ κυβερνήτης ἐν τῇ νηϊ οὕτως οἶόν τε εἶναι τὴν ψυχὴν ἐν τῷ σώματι. εἰ μὲν γὰρ τὸν κυβερνήτην οὕτως λαμβάνοι τις ὡς τὴν τέχνην τὴν κυβερνητικὴν, εἴη ἂν ὡς ἕξις τις καὶ εἶδος ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ ἐν τῷ σώματι (οὕτως γὰρ αἱ ἕξεις εἰσὶν ἐν τοῖς ὧν εἰσὶν ἕξεις· ἀσώματοί τε γὰρ εἰσὶ καὶ ἀχώριστοι τῶν ἐν οἷς εἰσὶν), εἰ δ' ὡς αὐτὸν τὸν κυβερνήτην τὸν ἔχοντα τὴν ἕξιν, σῶμά τε ἔσται ἡ ψυχὴ (καὶ γὰρ ὁ κυβερνήτης μετὰ σώματος), καὶ ἔσται ἐν τινὶ μέρει τοῦ σώματος ἀποκεκριμένῳ ὡς ἐν τόπῳ, οὐκ ἔσται τε πᾶν τὸ σῶμα ψυχὴν ἔχον οὐδὲ συμπαθὲς ἑαυτῷ οὐδὲ ἔχον συναίσθησιν.

οὐδὲ οἱ εἶδος δὲ λέγοντες τὴν ψυχὴν τοῦ ζώου, εἶδος δὲ ὡς οὐσίαν τινὰ χωριστὴν τε καὶ αὐτὴν καθ' αὐτήν, ὡς τῆς νεῶς τὸν κυβερνήτην (εἶναι γὰρ κάκεινον εἶδος τῆς νεῶς καὶ τελειότητα) ὀρθῶς λέγουσιν. οὐ γὰρ ἔστι τῆς νεῶς εἶδος οὔτε τελειότης ὁ κυβερνήτης. ἔστι γὰρ ναῦς καὶ χωρὶς τοῦ κυβερνήτου.

3.2.2 Temistio, *Parafrasi del De anima* 43.27-30 (tr. lat. Guglielmo di Moerbeke)

οὕτω δὲ καὶ ὁ νοῦς
ἔχειν δοκεῖ. οὕτω γὰρ δῆλον, εἰ καὶ οὗτος σώματός τινος ἐντελέχεια ἄρα
τοιαύτη ὥστε ἀχώριστος εἶναι, ἢ ὥστε χωρίζεσθαι, ὥσπερ ὁ κυβερνήτης
τοῦ πλοίου. οὗτος γὰρ ἐντελέχεια μὲν, ἀλλὰ χωριστή.

Sic autem intellectus habere videtur. Nondum enim palam, si iste sit corporis alicuius endelichia utrum talis ut inseparabilis sit vel ut separetur, sicut gubernator a navi; iste enim endelichia quidem, sed separabilis.

3.2.3 Ibn Rušd, *Commento grande al De anima* II 11 (pp. 147-8 Crawford)

Cum accepit in diffinitione animae universali quod est perfectio corporis naturalis, incepit declarare quantum apparet ex hac diffinitione de abstractione aut non abstractione. [...] Apparet enim quod quaedam virtutes eius sunt perfectiones partium corporis, secundum quod formae naturales perficiuntur per materiam; sed tale impossibile est ut sit abstractum ab eo quod perficitur.

Deinde dixit: «Sed tamen nihil prohibet...». Idest, sed hoc non est manifestum in omnibus partibus eius, cum sit possibile ut aliquis dicat quod quaedam pars eius non est perfectio alicuius membri corporis, aut dicat quod, licet sit perfectio, tamen quaedam perfectiones possunt abstrahi, ut perfectio navis per gubernatorem.

Propter igitur haec duo, non videtur manifestum ex hac diffinitione quod omnes partes animae non possunt abstrahi. Et Alexander dicit quod ex hac diffinitione apparet quod omnes partes animae sunt non abstracte. Et nos loquemur de hoc quando loquemur de virtute rationabili

3.2.4 Tommaso d'Aquino, *Commento al De anima* II 2 243 (p. 87b Pirotta)

Et quia Plato ponebat quod anima est actus corporis non sicut forma, sed sicut motor, subiungit quod hoc nondum est manifestum, si anima sic sit actus corporis sicut nauta est actus navis, scilicet ut motor tantum.

4. Le facoltà dell'anima

4.1 Testi (a), (b), (c)

4.1.1 Arist. *de An* B 2 413a20-8; B3 414a29-414b6; 415a1-12

(a)

λέγομεν οὖν, ἀρχὴν λαβόν-
τες τῆς σκέψεως, διωρίσθαι τὸ ἔμφυχον τοῦ ἀψύχου τῷ
ζῆν. πλεοναχῶς δὲ τοῦ ζῆν λεγομένου, κἂν ἔν τι τούτων
ἐνυπάρχη μόνον, ζῆν αὐτό φάμεν, οἷον νοῦς, αἴσθησις, κί-
νησις καὶ στάσις ἢ κατὰ τόπον, ἔτι κίνησις ἢ κατὰ τρο-
φήν καὶ φθίσις τε καὶ αὔξεισις. διὸ καὶ τὰ φύομενα
πάντα δοκεῖ ζῆν· φαίνεται γὰρ ἐν αὐτοῖς ἔχοντα δύναμιν
καὶ ἀρχὴν τοιαύτην, δι' ἧς αὔξεισιν τε καὶ φθίσιν λαμβάνουσι κατὰ τοὺς ἐναντίους τόπους.

(b)

Τῶν δὲ δυνάμεων τῆς ψυχῆς αἱ λεχθεῖσαι τοῖς μὲν
ὑπάρχουσι πᾶσαι, καθάπερ εἶπομεν, τοῖς δὲ τινὲς αὐτῶν,
ἐνίοις δὲ μία μόνη. δυνάμεις δ' εἶπομεν θρεπτικόν, αἰσθη-
τικόν, ὄρεκτικόν, κινητικόν κατὰ τόπον, διανοητικόν. ὑπ-
άρχει δὲ τοῖς μὲν φυτοῖς τὸ θρεπτικόν μόνον, ἑτέροις δὲ
τοῦτό τε καὶ τὸ αἰσθητικόν. εἰ δὲ τὸ αἰσθητικόν, καὶ τὸ ὄρε-
κτικόν· ὄρεξις μὲν γὰρ ἐπιθυμία καὶ θυμὸς καὶ βούλησις,
τὰ δὲ ζῶα πάντ' ἔχουσι μίαν γε τῶν αἰσθήσεων, τὴν ἀφήν·
ᾧ δ' αἴσθησις ὑπάρχει, τούτῳ ἡδονή τε καὶ λύπη καὶ τὸ
ἡδύ τε καὶ λυπηρόν, οἷς δὲ ταῦτα, καὶ ἐπιθυμία· τοῦ
γὰρ ἡδέος ὄρεξις αὕτη.

(c)

ἄνευ μὲν γὰρ τοῦ θρεπτικοῦ τὸ αἰσθητικὸν οὐκ ἔστιν· τοῦ δ' αἰσθητικοῦ χωρίζεται τὸ θρεπτικὸν ἐν τοῖς φυτοῖς. πάλιν δ' ἄνευ μὲν τοῦ ἄπτικοῦ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων οὐδεμία ὑπάρχει, ἀφή δ' ἄνευ τῶν ἄλλων ὑπάρχει· πολλὰ γὰρ τῶν ζώων οὔτ' ὄψιν οὔτ' ἀκοήν ἔχουσιν οὔτ' ὁσμῆς αἰσθησιν. καὶ τῶν αἰσθητικῶν δὲ τὰ μὲν ἔχει τὸ κατὰ τόπον κινητικόν, τὰ δ' οὐκ ἔχει· τελευταῖον δὲ καὶ ἐλάχιστα λογισμὸν καὶ διάνοιαν· οἷς μὲν γὰρ ὑπάρχει λογισμὸς τῶν φθαρτῶν, τούτοις καὶ τὰ λοιπὰ πάντα, οἷς δ' ἐκείνων ἕκαστον, οὐ πᾶσι λογισμὸς, ἀλλὰ τοῖς μὲν οὐδὲ φαντασία, τὰ δὲ ταύτῃ μόνῃ ζῶσιν. περὶ δὲ τοῦ θεωρητικοῦ νοῦ ἕτερος λόγος.

4.1.2 Traduzione latina di Guglielmo di Moerbeke

(a) Dicamus igitur, principium accipientes intentionis rei, determinari animatum ab inanimato in vivendo. Multipliciter autem ipso vivere dicto, etsi unum aliquod horum insit solum, vivere ipsum dicimus, ut intellectus et sensus, motus et status secundum locum. Adhuc autem motus et status secundum alimentum et decrementum et augmentum.

Unde et vegetabilia omnia videntur vivere. Videntur autem in seipsis habentia potentiam et principium huiusmodi per quod augmentum et decrementu suscipiunt secundum contrarios locos.

(b) Potentiarum autem animae, quae dictae sunt, aliis quidem insunt omnes, aliis vero quaedam harum, quibusdam vero una sola. Potentias autem dicimus vegetativum, sensitivum, appetitivum, motivum secundum locum, intellectivum.

Inest autem plantis vegetativum solum, alteris autem et hoc et sensitivum; si autem sensitivum, et appetitivum. Appetitus enim desiderium est et ira et voluntas. Animalia autem omnia habent unum sensum tactum. Cui autem sensus inest, huic et laetitia et tristitia et dulce et triste. Quibus autem haec, et concupiscentia. Delectabilis enim rei appetitus est haec.

(c) Sine enim vegetativo sensitivum non est. A sensitivo autem separatur vegetativum in plantis. Iterum autem, sine eo quod potest tangere, aliorum sensuum nullus est. Tactus autem sine aliis est.

Multa enim animalium neque visum neque auditum habent neque odoratus sensum. Et sensitivorum autem alia quidem habent secundum locum motivum, alia vero non habent; ultimum autem et minimum rationem et intellectum, ut homo aut huiusmodi aliud.

Quibus enim inest ratiocinatio, corruptibilium, his et reliqua omnia. Quibus autem illorum unumquodque, non omnibus ratiocinatio, sed quibusdam quidem neque imaginatio; alia autem hac sola vivunt. De speculativo autem intellectu, alia ratio est.

4.2 Commenti a (c)

4.2.1 Ibn Rušd, *Commento grande al De anima* II 32 (p. 178 Crawford)

Deinde dixit: «Omne enim ex rebus corruptibilis...». Idest, et apparet quod omne habens virtutem cogitativam ex rebus generabilibus et corruptibilibus necessario habet alias virtutes animae. Et dixit hoc praeservando se de corporibus caelestibus: declaratum est enim quod illa non habent de virtutibus animae nisi concupiscentiam et intellectum.

4.2.2 Tommaso d'Aquino, *Commento al De anima* II 6 301 (p. 106 Pirotta)

Illud autem quod est ultimum inter omnes partes animae et minimum, quia non dividitur in diversa secundum speciem, est quod habet rationem et intellectum, quia, quibuscumque de numero corruptibilium inest ratio, his insunt et omnia alia praedicta.


Hoc autem dicit ut praeservet se a substantiis separatis et a corporibus caelestibus si sunt animata: quia, cum sint sine generatione et corruptione, non indigent vegetativo. Iterum eorum intellectus per se speculatur ea quae sunt secundum se intelligibilia: unde non indigent sensibus ad cognitionem intellectivam consequendam.

Sed in mortalibus habentibus intellectum necesse est omnia alia praeexistere, sicut quaedam instrumenta et praeparatoria ad intellectum, qui est ultima perfectio intenta in operatione naturae.

1. Sulla sensazione in generale: la sensazione è una sorta di alterazione; se il senso conosca i sensibili per somiglianza

1.1 Testo

1.1.1 Arist. *de An* B 5 416b32-417a2



Διωρισμένων δὲ τούτων λέγωμεν κοινῇ περὶ πάσης αἰσθήσεως. ἡ δ' αἴσθησις ἐν τῷ κινεῖσθαι τε καὶ πάσχειν συμβαίνει, καθάπερ εἴρηται· δοκεῖ γὰρ ἀλλοίωσις τις εἶναι. φασὶ δὲ τινες καὶ τὸ ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου πάσχειν. τοῦτο δὲ πῶς δυνατόν ἢ ἀδύνατον, εἰρήκαμεν ἐν τοῖς καθόλου λόγοις περὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν.

1.1.2 Traduzione latina di Guglielmo di Moerbeke

Determinatis autem his, dicamus communiter de omni sensu. Sensus autem in moveri aliquid et pati accidit, sicut dictum est. Videtur enim quaedam alteratio esse. Aiunt autem quidam et simile a simili pati. Hoc autem quomodo possibile aut impossibile dictum est in universalibus rationibus de agere et pati.

1.2 Commenti

1.2.1 Ibn Rušd, *Comento grande al De anima* II 51 (pp. 208-9 Crawford)

Et dixit: «Dicamus igitur quod sentire...». Idest, dicamus igitur quod sentire fit per aliquam passionem et motum in sensibus a sensibilibus, non per actionem sensuum in sensibilia; hoc enim est primum consideratum de sensu, scilicet si sit numeratus in virtutibus activis aut passivis.

Et cum posuit ipsum in genere virtutum passivarum, dedit causam istius existimationis. Et dixit: «Existimatur enim...». Idest, et diximus quod sensus fit secundum passionem quia existimatur quod sensus alterantur a sensibilibus aliquo modo alterationis. Et dixit «aliqua [alteratio]» ut notet proprium, quia post declarabitur quod ista transmutatio non dicitur alteratio nisi multipliciter.

Deinde dixit: «Et quidam dicunt quod simile...». Idest, et cum posuerimus quod genus sensus est

passio, considerandum est in quibus existit passio; quidam enim dicunt simile pati a suo simili, et quidam econtrario, scilicet quod contrarium patitur a suo contrario. Et intendebat hic per «sermones universales» librum de generatione et corruptione.

1.2.2 Tommaso d'Aquino, *Commento al De anima* II 10 350-1 (p. 125a Pirotta)

Duo enim resumit dicta de sensu: quorum unum est quod sentire consistit in moveri et pati. Est enim sensus in actu quaedam alteratio: quod autem alteratur, patitur et movetur. Aliud autem quod resumit est quod quidam dicunt simile a simile pati, et propter hoc sentire est pati.

Quidam antiqui philosophi posuerunt quod simile simili cognoscitur et sentitur; sicut Empedocles posuit quod terra terra cognoscitur, ignis igne et sic de aliis. Sed hoc quomodo esse possit vel non, quod simile simili patiat, dictum est in universalibus rationibus de agere et pati, idest in libro de generatione, ubi determinavit de actione et passione in communi.

Dictum est enim ibi quod id quod patitur, a principio dum patitur est contrarium agenti, sed in fine, quando iam est passum, est simile. Agens enim agendo assimilat sibi patiens.

2. Le due accezioni di subire

2.1 Testo

2.1.1. Arist *de An.* B 5 417b2-16

οὐκ ἔστι δ' ἀπλοῦν οὐδὲ τὸ πάσχειν, ἀλλὰ τὸ μὲν φθορά τις ὑπὸ τοῦ ἐναντίου, τὸ δὲ σωτηρία μᾶλλον ὑπὸ τοῦ ἐντελεχείᾳ ὄντος τοῦ δυνάμει ὄντος καὶ ὁμοίου οὕτως ὡς δύναμις ἔχει πρὸς ἐντελέχειαν· θεωροῦν γὰρ γίνεται τὸ ἔχον τὴν ἐπιστήμην, ὅπερ ἢ οὐκ ἔστιν ἀλλοιοῦσθαι (εἰς αὐτὸ γὰρ ἢ ἐπίδοσις καὶ εἰς ἐντελέχειαν) ἢ ἕτερον γένος ἀλλοιώσεως. διὸ οὐ καλῶς ἔχει λέγειν τὸ φρονεῖν, ὅταν φρονῇ, ἀλλοιοῦσθαι, ὥσπερ οὐδὲ τὸν οἰκοδόμον ὅταν οἰκοδομῇ.

τὸ δ' ἐκ δυνάμει ὄντος μαθάνον καὶ λαμβάνον ἐπιστήμην ὑπὸ τοῦ ἐντελεχείᾳ ὄντος καὶ διδασκαλικοῦ ἦτοι οὐδὲ πάσχειν φατέον, [ὥσπερ εἴρηται,] ἢ δύο τρόπους εἶναι ἀλλοιώσεως, τὴν τε ἐπὶ τὰς στερητικὰς διαθέσεις μεταβολὴν καὶ τὴν ἐπὶ τὰς ἕξεις καὶ τὴν φύσιν.

2.1.2 Traduzione latina di Guglielmo di Moerbeke

Non est autem simplex neque ipsum pati, sed aliud quidem corruptio quaedam a contrario, aliud autem salus magis eius quod potentia est ab eo quod est actu et a simili atque ita se habente sicut potentia se habet ad actum.

Speculans enim fit habens scientiam: quod certe aut non est alterari (in ipsum enim additio est et in actum) aut alterum genus alterationis est. Unde non bene habet dicere sapientem cum sapiat alterari, sicut nec aedificatorem cum aedificat [...]

Ex potentia autem ente, addiscens et accipiens scientiam ab eo qui actu, et doctus est et docet: aut neque pati dicendum (sicut dictum est); aut duos esse modos alterationis – et eam, quae in privatas dispositiones est, mutationem et eam, quae est in habitus et naturam.

2.2 Commenti

2.2.1 Ibn Rušd, *Commento grande al De anima II 57* (p. 216 Crawford)

Et hoc nomen 'passio' non significat eandem intentionem simplicem, sed quaedam est passio quae est corruptio patientis a contrario a quo patitur, ut passio calidi a frigido et humidi a sicco.

Deinde dixit: «Et quaedam videtur magis...». Idest, et etiam est passio quae est evasio patientis in potentia ab eo quod est in perfectione et actu, secundum quod illud quod est in actu est simile, non contrarium, scilicet extrahens ipsum a potentia ad actum, econtrario dispositioni in prima passione.

Deinde dixit: «Ista igitur est dispositio eius quod est in potentia apud perfectionem; non enim considerat nisi habens scientiam»¹. Idest, et iste ultimus modus passionis est dispositio eius quod est in potentia ex anima apud perfectionem moventem illud quod est in potentia et extrahentem eam in actum non secundum primum modum passionis.

2.2.2 Tommaso d'Aquino, *Commento al De anima II 11 365-6* (pp. 128b-129a Pirotta)

Dicit ergo primo quod, sicut potentia et actus non dicuntur simpliciter sed multipliciter, ita et pati non uno modo sed multipliciter.

Dicitur enim pati uno modo secundum quandam corruptionem quae fit a contrario [...]

Alio modo passio communiter dicitur et minus proprie secundum scilicet quod importat quandam receptionem. Et quia quod est receptivum alterius comparatur ad ipsum sicut potentia ad actum (actus autem est perfectio potentiae) et ideo hoc modo dicitur passio non secundum quod fit quaedam corruptio patientis, sed magis secundum quod fit quaedam salus et perfectio eius quod est in potentia ab eo quod est in actu.

Quod enim est in potentia non perficitur nisi per id quod est in actu. Quod autem in actu est non est contrarium ei quod est in potentia inquantum huiusmodi, sed magis simile: nam potentia nihil aliud est quam quidam ordo ad actum.

¹ Qui Ibn Rušd commenta un testo corrotto; cfr. Arist. *de An* B 5 417b 4-6

3. Il senso riceve la forma del sensibile senza la sua materia

3.1 Testo

3.1.1. Arist. de An B 12 424a17-24

Καθόλου δὲ περὶ πάσης αἰσθήσεως δεῖ λαβεῖν ὅτι ἡ μὲν αἴσθησις ἐστὶ τὸ δεκτικὸν τῶν αἰσθητῶν εἰδῶν ἄνευ τῆς ὕλης, οἷον ὁ κηρὸς τοῦ δακτυλίου ἄνευ τοῦ σιδήρου καὶ τοῦ χρυσοῦ δέχεται τὸ σημεῖον, λαμβάνει δὲ τὸ χρυσοῦν ἢ τὸ χαλκοῦν σημεῖον, ἀλλ' οὐχ ἢ χρυσὸς ἢ χαλκός· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ αἴσθησις ἐκάστου ὑπὸ τοῦ ἔχοντος χρῶμα ἢ χυμὸν ἢ ψόφον πάσχει, ἀλλ' οὐχ ἢ ἕκαστον ἐκείνων λέγεται, ἀλλ' ἢ τοιονδί, καὶ κατὰ τὸν λόγον.

3.1.2 Traduzione latina di Guglielmo di Moerbeke

Oportet autem universaliter de omni sensu accipere quod sensus est susceptivus specierum sine materia, ut cera anuli sine ferro et auro recipit signum. Accipit autem aureum aut aeneum signum, sed non inquantum aurum aut aes.

Similiter autem et sensus uniuscuiusque ab habente colorem aut humorem aut sonum patitur, sed non inquantum unumquodque illorum dicitur, sed inquantum tale est et secundum rationem.

3.2 Commenti

3.2.1 Alessandro di Afrodisia, *De anima* 60.3-9

καθόλου δὲ συλλαβόντι περὶ αἰσθήσεως ἀληθῆς ἐστὶν εἰπεῖν τὸ εἶναι αὐτὴν δύναμιν ψυχῆς δι' αἰσθητηρίων τινῶν δεκτικὴν τε καὶ κριτικὴν τῶν αἰσθητῶν εἰδῶν χωρὶς τῆς ὑποκειμένης αὐτοῖς ὕλης. τὸ δὲ πρῶτον αἰσθητήριον, ἐν ᾧ ἡ τοιαύτη δύναμις τῆς ψυχῆς, σῶμα μὲν ἐστὶν, οὐ μὴν καθὼς σῶμα αἰσθητικόν, ἀλλὰ κατὰ τὴν δύναμιν ἣν ἔχει. ἡ γὰρ αἴσθησις οὐ τὸ μέγεθος, ἀλλὰ ὁ λόγος καὶ τὸ εἶδος τοῦ μεγέθους τοῦ τοιούτου.

3.2.2 Temistio, *Parafrasi del De anima* 77-34-78.3; 787-10 (tr. lat. Guglielmo di Moerbeke)

πάσχειν
μὲν οὖν λέγονται αἱ αἰσθήσεις ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν, πολὺ δὲ τὸ πάθος
διάφορον ἢ ὡς πάσχει τὰ ἄψυχα, μᾶλλον δὲ ἀναίσθητα σώματα· αἱ μὲν
γὰρ αἰσθήσεις λέγονται πάσχειν ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν ἔξω μενούσης αὐτῆς
τῆς ὕλης, τοῦ δὲ εἴδους μόνου κινουῦντος τὸ αἰσθητήριον, τὰ δὲ τεμνόμενα
ἢ θλώμενα ἢ καόμενα συνεισιούσης πάσχει τῆς ὕλης τῆς τοῦ ποιούντος·
τέμνει γὰρ οὐχ ἡ ὀξύτης, ἀλλ' ἡ μάχαιρα τουτέστιν ὀξύτης ἢ μετὰ σιδήρου,
καὶ κάει τὸ πῦρ, οὐχ ἡ τοῦ πυρὸς μορφή καὶ ὁ λόγος.
αἱ δὲ αἰσθήσεις οὐχ ὕλαι γίνονται τῶν αἰσθητῶν· οὐ γὰρ
λευκαίνεται ἢ αἰσθησις οὐδὲ μελαίνεται οὐδὲ βαρύνεται ἢ ὀξύνεται, | ἀλλ'
ὁ πολλάκις καὶ εἰρήκαμεν καὶ ἐροῦμεν, τὸ εἶδος ὑποδέχεται μόνον καὶ τὸν
λόγον.

Pati quidem igitur dicuntur sensus a sensibilibus: multum autem est passio differens quam ut patiuntur inanimata, magis autem insensibilia corpora. Sensus quidem enim dicuntur pati a sensibilibus, existente quidem ipsa materia extra, specie autem sola movente sensitivum. Quae autem inciduntur aut conquassantur aut uruntur patiuntur coingrediente materia facientis. Incidit enim non in quantum acuitas, sed in quantum gladius, hoc est acuitas cum ferro, et urit ignis, non qua ignis species et ratio. [...]

Sensus autem non materiae fiunt sensibilibus: non enim dealbatur sensus neque nigrescit neque gravatur acuitas² sed, quod saepe diximus et dicemus, speciem suscipiunt solam et rationem.

3.2.3 Ibn Rušd, *Comento grande al De anima* II 121 (p. 317 Crawford)

Et dixit: «Et dicendum est de omni sensu...». Idest, et opinandum est quod receptio formarum sensibilibus ab unoquoque sensu est receptio abstracta a materia. Si enim reciperet eas cum materia, tunc idem esse haberent in anima et extra animam. Et ideo in anima sunt intentiones et comprehensiones et extra animam non sunt neque intentiones neque comprehensiones, sed res materiales non comprehense omnino. [...]

Deinde dixit: «Et similiter unusquisque sensuum patitur...». Idest, et secundum hunc modum patitur unusquisque sensuum ab eis a quibus naturaliter innati sunt pati, sive colore sive sono, sed non patitur ab eo secundum quod est color aut sonus; quoniam, si ita esset, contingeret quod, cum reciperet ipsum, esset color aut sonus, non intentio.

Et hoc intendebat cum dixit: «Sed hoc non...». Idest, non secundum quod dicitur unusquisque,

² Guglielmo di Moerbeke traduce qui un testo corrotto.

sed secundum quod est intentio; intentio enim coloris alia est a colore.

Et dixit «secundum quid est in hac dispositione et in intentione» observando se ab intentionibus quas recipit intellectus: ille vero sunt universales, iste vero tantum sunt iste.

3.2.4 Tommaso d'Aquino, *Commento al De anima* II 24 551-4 (pp. 188-189a Pirotta)

Dicit ergo primo quod hoc oportet accipere universaliter et communiter omni sensui inesse, quod sensus est susceptivus specierum sine materia, sicut cera recipit signum anuli sine ferro et auro. Sed hoc videtur esse communi omni patienti. [...] Agens autem agit per suam formam et non per suam materiam: omne igitur patiens recipit formam sine materia. [...] Non videtur hoc proprium esse sensus, quod sit receptivus specierum sine materia.

Dicendum igitur quod, licet hoc sit omni patienti, quod recipiat formam ab agente, differentia tamen est in modo recipiendi.

Nam forma, quae in patiente recipitur ab agente, quandoque quidem habet eundem modum essendi in patiente quam habet in agente: et hoc quidem contingit quando patiens habet eandem dispositionem ad formam quam habet agens [...] Unde si eodem modo disponatur patiens sicut agens, eodem modo recipitur forma in patiente sicut erat in agente: et tunc non recipitur forma sine materia. [...] Et hoc modo aer patitur ab igne et quicquid patitur passione naturali.

Quandoque vero forma recipitur in patiente secundum alium modum essendi quam sit in agente, quia dispositio materialis patientis ad recipiendum non est similis dispositioni materiali quae est in agente. [...] Et per hunc modum sensus recipit formam sine materia, quia alterius modi esse habet forma in sensu et in re sensibili. Nam in re sensibili habet esse naturale, in sensu autem habet esse intentionale et spirituale. [...]

Et similiter sensus patitur a sensibili habente colorem aut humorem, idest saporem aut sonum, «sed non inquantum unumquodque illorum dicitur», idest non patitur a lapide colorato inquantum lapis, neque a melle dulci inquantum mel: quia in sensu non fit similis dispositio ad formam quae est in subiectis illis, sed patitur ab eis inquantum huiusmodi, vel inquantum coloratum, vel saporosum, vel secundum rationem, idest secundum formam. Assimilatur enim sensus sensibili secundum formam, sed non secundum dispositionem materiae.

4. Senso e sensorio

4.1 Testo

4.1.1 Arist *de An.* B 12 424a 24-28

αἰσθητήριον δὲ πρῶτον ἐν
ᾧ ἡ τοιαύτη δύναμις. ἔστι μὲν οὖν ταυτόν, τὸ δ' εἶναι ἕτερον·
μέγεθος μὲν γὰρ ἂν τι εἴη τὸ αἰσθανόμενον, οὐ μὴν τό-
γε αἰσθητικῶ εἶναι οὐδ' ἡ αἴσθησις μέγεθος ἔστιν, ἀλλὰ λό-
γος τις καὶ δύναμις ἐκείνου.

4.1.2 Traduzione latina di Guglielmo di Moerbeke

Sensitivum autem primum est in quo huiusmodi potentia. Et quidem igitur idem, sed esse alterum est. Magnitudo quidem enim quaedam erit, quod sensum patitur. Non tamen sensitivo esse, neque sensus magnitudo est, sed ratio quaedam et potentia illius.

4.2 Commenti

4.2.1 Ibn Rušd, *Comento grande al De anima* II 122 (p. 318 Crawford)

Et quod recipit istam virtutem quae est intentio abstracta a materia est primum sentiens. Et cum receperit eam, efficientur idem, sed in numero differunt. Illud enim quod sentit est aliquod corpus et non sentit quod est corpus; neque sensus est corpus, sed intentio et potentia illius corporis quod est primum sentiens.

4.2.2 Tommaso d'Aquino, *Comento al De anima* II 24 555 (p. 189 Pirotta)

Deinde cum dicit «sensitivum autem» determinat de organis sensuum. Quia enim dixerat quod sensus est susceptivus specierum sine materia, quod etiam intellectui convenit, posset aliquis credere quod sensus non esset potentia in corpore, sicut nec intellectus.

Et ideo ad hoc excludendum assignat ei organum: et dicit quod primum sensitivum, idest primum organum sensus, est in quo est potentia huiusmodi, quae scilicet est susceptiva specierum sine materia.

Organum enim sensus, cum potentia ipsa, ut puta oculus, est idem subiecto, sed esse aliud est, quia ratione differt potentia a corpore. Potentia enim est quasi forma organi, ut supra traditum est. Et ideo subdit quod «magnitudo», idest organum corporeum, est «quod sensum patitur», idest quod est susceptivum sensus, sicut materia formae.

Non tamen est eadem ratio magnitudinis et sensitivi sive sensus, sed sensus est quaedam ratio, idest proportio et forma et potentia illius, sive magnitudinis.

1. L'immaginazione

1.1 Testi (a) e (b)

1.1.1 Arist. de An. Γ 3 427b14-6; 428b30-429a8

(a)

φαντασία γὰρ ἕτερον καὶ αἰσθήσεως καὶ διανοίας, αὕτη τε οὐ γίγνεται ἄνευ αἰσθήσεως, καὶ ἄνευ ταύτης οὐκ ἔστιν ὑπόληψις.

(b)

εἰ οὖν μηθὲν ἄλλο ἔχει τὰ εἰρημένα ἢ φαντασία (τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ λεχθέν), ἢ φαντασία ἂν εἴη κίνησις ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως τῆς κατ' ἐνέργειαν γιγνομένη. ἐπεὶ δ' ἡ ὄψις μάλιστα αἰσθησίς ἐστι, καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ φάους εἰληφεν, ὅτι ἄνευ φωτὸς οὐκ ἔστιν ἰδεῖν.

1.1.2 Traduzione latina di Guglielmo di Moerbeke

(a) Phantasia enim alterum est et a sensu et ab intellectu. Et haec non fit sine sensu et sine hac non est opinio.

(b) Si igitur nihil aliud habet ea quae dicta sunt nisi phantasia, hoc autem est quod dictum est, phantasia utique erit motus a sensu secundum actum factus. Quoniam autem visus maxime sensus est, et nomen a lumine accepit, quoniam sine lumine non est videre.

1.2 Commento

1.2.1 Alessandro di Afrodisia, *De anima* 68.4-13

τί τοίνυν ἐστὶν ἡ φαντασία, ὡς ἂν γνωρίσαιμεν· δεῖ νοεῖν γίνεσθαι ἐν ἡμῖν ἀπὸ τῶν ἐνεργειῶν τῶν περὶ τὰ αἰσθητὰ οἷον τύπον τινὰ καὶ ἀναζωγράφημα ἐν τῷ πρώτῳ αἰσθητηρίῳ (τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ σῶμα, ἐν ᾧ ἡ αἰσθητικὴ τῆς ψυχῆς δύναμις ἐστὶ), ἐγκατάλειμμά τι ὄν τῆς ὑπὸ τοῦ αἰσθητοῦ γινομένης κινήσεως, ἃ καὶ μηκέτι τοῦ αἰσθητοῦ παρόντος ὑπομένει τε καὶ σώζεται, ὄν ὡς περ εἰκῶν τις αὐτοῦ, ἃ καὶ τῆς μνήμης ἡμῖν σωζόμενον αἴτιον γίνεται. τὸ τοιοῦτον ἐγκατάλειμμα καὶ τὸν τοιοῦτον ὡς περ τύπον φαντασίαν καλοῦσιν.

μήποτε δὲ οὐχ ὁ τύπος αὐτὸς ἡ φαντασία, ἀλλὰ ἡ περὶ τὸν τύπον τοῦτον τῆς φανταστικῆς δυνάμεως ἐνέργεια.

2. Sull'intelletto in generale

2.1 Testo

2.1.1 Arist. *de An.* Γ 4 429a10-3

Περὶ δὲ τοῦ μορίου τοῦ τῆς ψυχῆς ᾧ γινώσκει τε ἡ ψυχὴ καὶ φρονεῖ, εἴτε χωριστοῦ ὄντος εἴτε μὴ χωριστοῦ κατὰ μέγεθος ἀλλὰ κατὰ λόγον, σκεπτέον τίς ἔχει διαφορὰν, καὶ πῶς ποτὲ γίνεται τὸ νοεῖν.

2.1.2 Traduzione latina di Guglielmo di Moerbeke

De parte autem animae qua cognoscit anima et sapit, sive separabili existente, sive non separabili secundum magnitudinem sed secundum rationem, considerandum quam habet differentiam et quomodo tandem sit ipsum intelligere.

2.2 Commenti

2.2.1 Temistio, *Parafraasi del De anima* 93.32-94.5 (tr. lat. Guglielmo di Moerbeke)

Περὶ δὲ τοῦ μορίου τοῦ τῆς ψυχῆς, ᾧ χρώμεθα εἰς θεωρίαν καὶ πράξιν, εἴτε χωριστοῦ ὄντος κατὰ τόπον, ὡς ᾤετο Πλάτων τὸν λόγον μὲν ἐν τῇ κεφαλῇ | καθιδρύων, τὸν θυμὸν δὲ ἐν τῇ καρδίᾳ, τὴν ἐπιθυμίαν δὲ ἐν τῷ ἥπατι, εἴτε τόπῳ μὲν οὐ διεστῶτος τῶν ἄλλων δυνάμεων τῆς ψυχῆς, λόγῳ δὲ μόνῳ χωριζομένου, σκεπτέον τίνα ἔχει διαφορὰν πρὸς τὰς προειρημένας δυνάμεις καὶ μάλιστα πρὸς τὴν φαντασίαν, καὶ πῶς ποτὲ γίνεται τὸ νοεῖν.

De parte autem animae qua utimur ad theoriam et actionem, sive sequestrata existente secundum locum (ut putabat Plato rationem quidem in capite locans, iram autem in corde, concupiscentiam autem in epate) sive loco quidem non sequestrata ab aliis potentiis animae, sed ratione sola separata, considerandum quam habet differentiam ad praedictas potentias et maxime ad phantasiam, et qualiter fit intelligere

2.2.2 Ibn Rušd, *Commento grande al De anima* III 1 (p. 379 Crawford)

Cum complevit sermonem de virtute ymaginativa, quae sit et quare, incepit perscrutari de rationabili et quaerere in quo differt ab aliis virtutibus comprehensivis, scilicet virtute sensus et ymaginationis [...]

Et dixit: «De parte autem animae...». Idest, pars autem animae qua comprehendimus comprehensione quae dicitur cognoscere et intelligere, cum manifestum est esse diversa ab aliis virtutibus, et ignorare primo utrum differt ab aliis virtutibus animae subiecto et intentione (ut Plato et alii dicebant quod subiectum istius virtutis in corpore aliud est a subiecto aliarum), aut non differt ab aliis in subiecto sed tantum in intentione, non nocet in hac perscrutatione quam intendimus, modo perscrutandum est de differentia qua ista virtus differt ab aliis.

Deinde dixit: «Et quomodo est formare per intellectum [*i.e.* intelligere, νοεῖν]...». Idest, et prius est perscrutandum quomodo est formare per intellectum, utrum sit actio aut receptio; scire enim actiones animae prius est apud nos quam scire eius substantiam.

Et videtur quod intendebat hic per 'cognoscere' [*i.e.* cognosco, γινώσκω] cognitionem speculativam et per 'intelligere' [*i.e.* sapio, φρονέω] cognitionem operativam, cum intellectus sit communis omnibus, cognitio autem non.

2.2.3 Tommaso d'Aquino, *Commento al De anima* III 7 (p. 226a Pirotta)

Dicit ergo quod postquam determinatum est de parte animae sensitiva et ostensum est quod sapere et intelligere non est idem quod sentire, considerandum est nunc de parte animae «qua cognoscit anima», idest intelligit, «et sapit». Supra autem dictum est quod differentia est inter sapere et intelligere: nam sapere pertinet ad iudicium intellectus, intelligere autem ad eius apprehensionem.

Circa hanc partem autem aliquid est quod praetermittit, de quo erat apud antiquos dubium. Utrum scilicet haec pars animae sit separabilis ab aliis partibus animae subiecto, sive non sit separabilis subiecto sed ratione tantum.

Intelligit autem esse separabile subiecto per hoc quod dicit esse separabile secundum magnitudinem, propter Platonem, qui ponens partes animae subiecto abinvicem separatas attribuit eis organa in diversis partibus corporis.

3. Senso e intelletto: il pensiero come affezione

3.1 Testo

3.1.1 Arist. *de An.* Γ 4 429a13-18

εἰ δὴ ἐστὶ τὸ νοεῖν
ὥσπερ τὸ αἰσθάνεσθαι, ἢ πάσχειν τι ἂν εἴη ὑπὸ τοῦ νοητοῦ ἢ
τι τοιοῦτον ἕτερον. ἀπαθὲς ἄρα δεῖ εἶναι, δεκτικὸν δὲ τοῦ εἶ-
δους καὶ δυνάμει τοιοῦτον ἀλλὰ μὴ τοῦτο, καὶ ὁμοίως ἔχειν,
ὥσπερ τὸ αἰσθητικὸν πρὸς τὰ αἰσθητά, οὕτω τὸν νοῦν πρὸς
τὰ νοητά.

3.1.1 Traduzione latina di Guglielmo di Moerbeke

Si igitur est intelligere sicut sentire, aut pati quoddam erit ab intelligibili aut aliquid huiusmodi alterum. Impassibilem ergo oportet esse, susceptivum autem speciei et potentia tale, sed non hoc: et similiter se habet sicut sensitivum ad sensibilia, sic intellectivum ad intelligibilia.

3.2 Commenti

3.2.1 Ibn Rušd, *Commento grande al De anima* III 3 (p. 382 Crawford)

Cum narravit quod primo necesse est perscrutare de hac actione quae est formare per intellectum utrum est passiva aut activa, incepit ponere illud quod vult declarare, scilicet ipsum esse de virtute passiva quoquo modo et quod non est transmutabile, quia neque est corpus neque virtus in corpore.

Et dixit: «Oportet igitur ut sit non passivum...». Idest, et cum bene fuerit perscrutatum de hoc, apparebit quod necesse est quod ista pars animae per quam fit formare [per intellectum, i.e. intelligere] est virtus non transmutabilis a forma quam comprehendit, sed non habet de intentione passionis nisi hoc tantum, quod recipit formam quam comprehendit et quia est in potentia illud quod comprehendit, sicut sentiens, non quia est aliquid hoc in actu, aut corpus aut virtus in corpore, sicut est sentiens.

3.2.2 Tommaso d'Aquino, *Commento al De anima* III 7 675-6 (pp. 226b-227a Pirotta)

Primo igitur [...] procedit ad propositum ostendendum quod intelligere est simile ei quod est

sentire. Quae quidem similitudo ex hoc manifesta est, quod sicut sentire est quoddam cognoscere et sentimus quandoque quidem in potentia quandoque autem in actu, sic et intelligere cognoscere quoddam est et quandoque quidem intelligimus in potentia et quandoque in actu.

Ex hoc autem sequitur quod, cum sentire sit quoddam pati a sensibili aut aliquid simile passioni, intelligere sit vel pati aliquid ab intelligibili vel aliquid alterum huiusmodi, simile scilicet passioni.

[...] Nam sentire, ut supra in secundo dictum est, non proprie pati est. Patitur enim proprie aliquid a contrario. Sed aliquid habet simile passioni inquantum sensus est in potentia ad sensibile et est susceptivus sensibilium.

Ergo, si intelligere est simile ei quod est sentire, et partem intellectivam oportet esse impassibilem, passione proprie accepta, sed oportet quod habeat aliquid simile passibilitati: quia oportet huiusmodi partem esse susceptivam speciei intelligibilis et quod sit in potentia ad huiusmodi speciei, sed non sit hoc in actu.

Et sic oportet quod, sicut se habet sensitivum ad sensibilia, similiter se habeat intellectivum ad intelligibilia: quia utrumque est in potentia ad suum obiectum et est susceptivum eius.

4. L'intelletto è pura potenzialità e non ha sede in un organo corporeo

4.1 Testo

4.1.1 Arist. *de An.* Γ 4 429a18-25

ἀνάγκη ἄρα, ἐπεὶ πάντα νοεῖ, ἀμιγῆ εἶναι, ὥσπερ φησὶν Ἀναξαγόρας, ἵνα κρατῆ, τοῦτο δ' ἐστὶν ἵνα γνωρίζῃ (παρεμφαινόμενον γὰρ κωλύει τὸ ἀλλότριον καὶ ἀντιφράττει). ὥστε μηδ' αὐτοῦ εἶναι φύσιν μηδεμίαν ἀλλ' ἢ ταύτην, ὅτι δυνατός. ὁ ἄρα καλούμενος τῆς ψυχῆς νοῦς (λέγω δὲ νοῦν ᾧ διανοεῖται καὶ ὑπολαμβάνει ἢ ψυχῆ) οὐθέν ἐστὶν ἐνεργεῖα τῶν ὄντων πρὶν νοεῖν· διὸ οὐδὲ μεμίχθαι εὐλογον αὐτὸν τῷ σώματι

4.1.2 Traduzione di Guglielmo di Moerbeke

Necesse est itaque, quoniam omnia intelligit, immixtum esse – sicut ait Anaxagoras – ut imperet, hoc autem est ut cognoscat (intus apparens enim prohibebit extraneum et obstruet). Quare neque ipsius esse naturam neque unam, nisi hanc quod possibilis sit. Vocatus itaque animae intellectus (dico autem intellectum quo opinatur et intelligit anima) nihil est actu eorum quae sunt ante intelligere.

4.2 Commenti

4.2.1 Ibn Rušd, *Comento grande al De anima* III 4 (pp. 383-4 Crawford)

Deinde dixit: «Ut cognoscat...». Idest, et necesse est ut sit non mixtus ut comprehendat omnia et recipiat ea. Si enim fuerit mixtus, tunc erit aut corpus aut virtus in corpore et, si fuerit alterum istorum, habebit formam propriam, quae forma impediet eum recipere aliquam formam alienam.

Et hoc intendebat cum dixit: «Si enim apparuerit in eo...». Idest, si enim habuerit formam propriam, tunc illa forma impediet eum a recipiendo formas diversas extraneas, quia sunt aliae ab ea.

Et modo considerandum est in hiis propositionibus quibus Aristoteles declaravit haec duo de

intellectu, scilicet ipsum esse in genere virtutum passivarum et ipsum esse non transmutabile, quia neque est corpus neque virtus in corpore. Nam haec duo sunt principium omnium quae dicuntur de intellectu.

[...] Quoniam autem substantia recipiens has formas necesse est ut non sit corpus neque virtus in corpore manifestum est ex propositionibus quibus Aristoteles usus est in hoc sermone.

Quarum una est quod ista substantia recipit omnes formas materiales; et hoc notum est de hoc intellectu.

Secunda autem est quod omne recipiens aliquid necesse est ut sit denudatum a natura recepti et ut sua substantia non sit substantia recepti in specie. Si enim recipiens esset de natura recepti, tunc res reciperet se et tunc movens esset motum. Unde necesse est ut sensus recipiens colorem careat colore et recipiens sonum careat sono. Et haec propositio est necessaria et sine dubio.

4.2.2 Tommaso d'Aquino, *Commento al De anima* III 7 680-4 (pp. 227b-228b Pirotta)

Cum igitur intellectus noster natus sit intelligere omnes res sensibiles et corporales, necesse est quod careat omni natura corporali, sicut sensus visus caret omni colore, propter hoc quod est cognoscitivus coloris. Si enim haberet aliquem colorem, ille color prohiberet videre alios colores.

[...] Concludit autem ex hoc quod non contingit naturam intellectus esse «neque unam», idest nullam determinatam, sed hanc solam naturam habet, quod est possibilis respectu omnium.

[...] Ex hoc autem ulterius concludit quod ille qui vocatur intellectus animae nihil est in actu eorum quae sunt ante intelligere: quod est contrarium ei quod antiqui ponebant. [...] Et ne quis crederet quod esset hoc verum de quolibet intellectu, quod sit in potentia ad sua intelligibilia antequam intelligat, interponit quod nunc loquitur de intellectu quo anima opinatur et intelligit. Et hoc dicit ut praeservet se ab intellectu divino, qui non est in potentia, sed est quodammodo intellectus omnium.

[...] Deinde cum dicit «unde neque» ostendit quod intellectus non habet organum corporale. [...] Dicit ergo primo, concludens ex praedictis, quod si intellectus noster, ad hoc quod cognoscat omnia, oportet quod non habeat naturam aliquam determinatam ex naturis rerum corporalium quas cognoscit, eodem modo rationabile est quod non «misceatur corpori», idest quod non habeat aliquod organum corporale, sicut habet pars animae sensitiva: quia si erit aliquod organum corporale intellectui, sicut est parti sensitivae, sequetur quod habeat aliquam naturam determinatam ex naturis rerum sensibilium.

5. L'oggetto dell'intelletto è l'universale

5.1 Testo

5.1.1 Arist. *de An.* 429b10-8

ἐπεὶ δ' ἄλλο ἐστὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸ μεγέθει εἶναι, καὶ ὕδωρ καὶ ὕδατι εἶναι (οὕτω δὲ καὶ ἐφ' ἑτέρων πολλῶν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πάντων· ἐπ' ἐνίων γὰρ ταυτόν ἐστι), τὸ σαρκὶ εἶναι καὶ σάρκα ἢ ἄλλω ἢ ἄλλως ἔχοντι κρίνει· ἢ γὰρ σὰρξ οὐκ ἄνευ τῆς ὕλης, ἀλλ' ὥσπερ τὸ σιμόν, τόδε ἐν τῷδε. τῷ μὲν οὖν αἰσθητικῷ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν κρίνει, καὶ ὧν λόγος τις ἢ σὰρξ· ἄλλω δέ, ἢτοι χωριστῷ ἢ ὡς ἢ κεκλασμένη ἔχει πρὸς αὐτὴν ὅταν ἐκταθῇ, τὸ σαρκὶ εἶναι κρίνει.

5.1.2 Traduzione latina di Guglielmo di Moerbeke

Quoniam autem aliud est magnitudo et magnitudini esse et aqua et aquae esse et sic in multis aliis, non autem in omnibus (in quibusdam enim idem est esse carni et carnem esse). Aut alio ergo, aut aliter habente discernit¹. Caro enim non est sine materia sed, sicut simum, hoc in hoc. Sensitivo quid igitur calidum et frigidum iudicat, et quorum ratio quaedam caro est; alio autem, aut separato aut sicut circumflexa se habet ad seipsam cum extensa sit, carni esse discernit.

5.2 Commenti

5.2.1 Ibn Rušd, *Commento grande al De anima* III 9 (p. 421 Crawford)

Deinde dixit: «et sic in multis aliis». Idest, et hoc accidit similiter in multis rebus, scilicet in omnibus compositis ex materia et forma. Et dixit «sed non in omnibus» ad excipiendum res abstractas et universaliter res simplices non compositas.

¹ Guglielmo di Moerbeke sceglie qui un'interpunzione che modifica il senso del testo originale. Si legga invece: «Quoniam autem aliud est magnitudo et magnitudini esse [...] (et sic in multis aliis, non autem in omnibus: in quibusdam enim idem est), esse carni et carnem aut alio ergo, aut aliter habente discernit»

5.2.2 Tommaso d'Aquino, *Commento al De anima* III 8 710 (p. 233a Pirotta)

Non enim «hoc contingit» in «omnibus». Nam in his, quae omnino sunt separata a materia, idem est res et quod quid est eius.


5.2.3 Tommaso d'Aquino, *Commento al De anima* III 8 7171 (p. 234b Pirotta)

Apparet autem ex hoc quod Philosophus hic dicit quod proprium obiectum intellectus est quidditas rei, quae non est separata a rebus, ut platonici posuerunt.

Unde illud quod est obiectum intellectus nostri non est aliquid extra res sensibiles existens, ut platonici posuerunt, sed aliquid in rebus sensibilibus existens; licet intellectus apprehendat alio modo quidditates rerum quam sint in rebus sensibilibus. Non enim apprehendit eas cum conditionibus individuandis, quae eis in rebus sensibilibus adiunguntur.

LA PSICOLOGIA ARISTOTELICA COME MODELLO NON-DUALISTA DEL RAPPORTO ANIMA-CORPO

*Storia di un problema ontologico nella tradizione tardoantica e medievale del
commento al De anima*



Al termine di un seminario di traduzione svolto in classe, Luisa Bertolini, Raffaele Mannarini e Federico Minzoni espongono ai colleghi i risultati dell'attività.

LICEO CLASSICO G. CARDUCCI

mercoledì 23 maggio 2018

ore 15:00 - 18:00